



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiæ Moralis
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros
partitum**

Laymann, Paul

Moguntiæ

4. Quorum ordinum collatio sit propriè sacramentum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40716

C A P. IV.

*Quorum Ordinum Collatio sit verò ac pro-
priè Sacramentum.*

DE fide est Ordinationem presbyteri esse Sa-¹
cramentum, ratio est, quia per eam Ordina-
tionem, maximæ supernaturales potestates ho-
mini conferuntur, quarum prima ac præcipua est,
super Corpus Christi verum, illud videlicet con-
ferrandi & offerendi: deinde super Corpus Chri-
sti mysticum, id est, fideles absoluendi à peccatis
per Sacramentum pœnitentiæ & mundandi à
peccatorum reliquijs per extremam vñctionem:
Ad suauem autem Dei prouidentiam spestat, ut,
cum certa lege, & institutione eiusmodi potesta-
tes hominibus conferat, simul etiam sanctifican-
tem gratiam eis tribuat, cuius beneficio, tanti
ministerij potestatem ritè exercere possunt. Con-
firmatur ex verbis formæ partialis: *Accipite Spi-
ritum S. Ioan. 20. vbi per Spiritum S. hic intelligitur
gratia Sacramentalis.*

Potestas absoluendi à peccatis necessario sup-²
ponit potestatem S. Eucharistiam conficiendi
ad non vice versa. Volo dicere, quod potestas
conficiendi corpus & sanguinem Christi absolu-
ti conferatur nouo sacerdoti, ita ut etiam ea vni
possit consecrando cum Episcopo, antequam ac-
cipiat potestatem remittendi peccata. At vero
haec ipsa posterior potestas invalidè alicui confe-
atur, nisi prius acceperit potestatem consecran-

D d d d. 3. d.

di. Idque confirmatur ex facto Christi, qui non eodem tempore utramque potestatem Apostoli contulit: Nam in cœna ultima tribuit eis potestatem consecrandi; post resurrectionem vero Joan. 20. potestatem remittendi peccata. Licet vero partialis illa Ordinatio Presbyteri, perquam datur potestas remittendi peccata, sacramentalis sit, non tamen est sacramentum diuersum, sed priorem partialem ordinationem in esse sacramenti mortaliter perficit, & consummat: sicut neque character distinctus per posteriorem sacramentalem ordinationem imprimitur, sed iam ante acceptus sacerdotis Character augetur, magisque perficitur, Idque probatissime cum acceleratione realis modi, seu perfectionis & non extrinsecæ tantum denominationis à diuina destinatione ad aliud officium exercendum; Cum enim Character sit signum potestatis, ideo si potestas augeatur, conueniens etiam est, ut signum ejus mutetur & perficiatur.

3. Certum est, quod Episcopatus sit verè sacramentum, quamvis non omnino distinctum à presbyteratu. Prob. ex Apost. 1. Tim. 4. & 2. Timoth. i. Quibus locis sermo est de Episcopatu. Secundò, quia in ordinatione Episcopi, cum impositione manuum dicitur: *Accipe spiritum S.* qua cæmeria aperte significatur, conferri gratiam significat. Licet vero Ordinatio Episcopi sacramentalis sit, non tamen est distinctum sacramentum à presbyteratu, sed ordinationem presbyteri inesse sacramenti habitudine morali magis perficit, & consummat: item Characterem intrinsecè au-

get

qui nos
Aposto-
eis poten-
em verò
per quā
amenta-
sum, sed
te sacra-
icut ne-
orem sa-
, sed iam
tur, ma-
in acces-
n extrin-
destina-
im enim
potestas
um ejus

get & perficit, ut ordinatus iam non tantum S.
Eucharistiam confidere, sed etiam ad conficien-
dum alios ordinare possit.

De Diaconatu quoque dubitari non debet, 4
quoniam sacramentum sit, eo quod conferatur per
manuum impositionem, dicente Episcopo: Ac-
cepit Spiritum Sanctum, sed de subdiaconatu & qua-
mori minoribus minus certum est, quamvis
probabile, omnia sacramenta esse. Vasquez &
existimant esse solum sacramentale quod-
am.

Sacmenta Ordinis, licet specie ultima non
conueniant, cum neque eandem materiam & for-
num, neque eundem effectum contineant, habent
tamen unitatem ordinis ad eundem finem pri-
malem, quod est sacrificium Missæ.

C A P. V.

De Materia & forma singularum Or-
dinationum.

Obuenit inter Doctores, materiam sacræ Or-
dinationis esse signum aliquod visibile, for-
um verò esse verba, quæ à Ministro materiam
significante, interim proferuntur.

Materiæ Sacræ Ordinationis substantialiter
equisita, tam Episcopalis, quam presbyteri,
& Diaconi, est impositio manuum Episcopo-
rum: Forma autem sunt verba, quæ ab ijsdem
proferuntur; Accipe Spiritum S.

Dddd 4 NB. Epi-